



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De vnione verbi, & carnis mediante anima. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

in Christo, ut cum dicitur vna natura esse omniū hominum: & evidenter idem Ioannes ostendit differentē rationem dicti assignans, cum natura humana in Christo nominatur, & cum vna dicitur

*Idem Dam.*

*c. 3. eiusdem*

*l. 3. ad medi-*

*um.*

natura omnium hominum. Ait enim, Cum vnam hominum naturā dicimus, sciendum est quod nō cōsiderantes ad animæ & corporis rationē hoc dicimus. Impossibile n. est vnl' naturę dicere domini corpus & animam, ad inuicem comparata. Sed quia plurimæ personæ hominum sunt, omnes autē eandē suscipiunt rationem naturæ ( omnes n. ex anima & corpore compositi sunt, & omnes naturam animæ participant, & substantiam corporis possident) cōmunem speciem, plurimarum & differentium personarum, vnam naturā dicimus, vniuersusque scilicet personæ duas naturas habētis, & in duabus perfectè naturis, animæ scilicet, & corporis existētis. In domino autē Iesu Christo nō est cōmunem specie accipere: neq; n. factus est, nec est, nec aliquando fiet ali'. Sed Christ' ex deitate & humanitate est, in deitateq; & humanitate De' factus est, idē & homo perfectus. Totam ergo hominis naturam, i. animam & carnem, & horum p̄rietates siue accidentia assumpsit Deus, nō carnē sine anima, nec animam sine ratione, vt hæretici voluerunt: sed & carnem, & animā cum sensibus suis. Vnde Ioannes Damasc. ait. Omnia que in na-

*Dam. l. 3. de*  
*orthod fido*  
*ea. 6.*

tura nostra plātauit Deus, verbum assumpit, scil. corpus, & animam intellectualem, & horum idiomata. Totus enim totum assumpit me, vt toti mihi salutem gratificaret. Quod enim inassumptibile est, incurabile est.

*Di vniōne verbi & carnis mediante anima.*

B

Assumpsit ergo Dei filius carnem & animam, sed carnem mediante anima: vnitum est carni per medium intellectum verbum Dei. Tantæ n. subtilitatis atq; simplicitatis est diuina essentia, vt corpori

pori de limo terræ formato vniuersitate non congruerit,  
 nisi mediante rationali essentia. Illa autem vno in- *Ioan. 1. d.*  
 explicabilis est adeo, ut etiam Ioannes ab utero san- *Aug. 1. de-*  
 tificatus, se non esse dignum fateatur soluere cor- *agone*  
 rigia calciamenti Iesu: quia illius unitatis modum *Christianus*  
 inuestigare, alioquin explicare non erat sufficiens. Non *unico 18. 13.*  
 sunt ergo audiendi, qui non verum hominem fili-  
 um Dei suscepisse dicunt, neque natum de semina:  
 sed falsam carnem, & imaginem corporis simulata  
 ostendisse videntibus. In quæ errorē prorumpunt,  
 quia timent quod fieri non possit, scilicet, ne hu-  
 mana carne veritas & substantia Dei inquietur:  
 & tamē prædicant istum visibilem solem radios  
 suos per omnes fæces spargere, & eos mundos &  
 sinceros seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus  
 immundis contingi possunt & non coinquinari,  
 quanto magis incomutabilis & invisibilis veritas  
 per spiritum animam, & per animam corpus suscipiens.  
 totum hominem sine sui commutatione assumpsit,  
 & ab omnibus infirmitatibus liberauit? Ecce hic *Ibid. paulo*  
 dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse ani- *inferius.*  
 mam, & per animam corpus. Sp. enim S. pars ani-  
 mæ superior, & maiori similitudine Deo propin-  
 quat quam animam, scilicet, ipsa eadem secundum infe-  
 riorem partem, & anima magis quam corpus, &  
 ideo non incongrue anima dicitur assumpta per  
 spiritum, & corpus per animam.

Quod verbum simul assumpsit carnem, & animam: neque  
 caro prius est concepta quam assumpta. C

Si autem queritur Vtrum verbum carnem simul  
 & animam assumpsit, an prius animam quam carnem,  
 vel carnem animam: & vtrum caro illa prius fue-  
 rit in utero virginis concepta & postea assumpta:  
 Verissime & absq; vlla ambiguitate dicitur, quia  
 ex quo Dens hominem assumpsit, totum assumpsit,  
 simulque sibi uniuersitatem animam & carnem: nec caro  
 prius fuit concepta, & postmodum assumpta: sed in

con-